



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 122. Hæreticorum libellus supplex per Hochstratum Gubernatrici  
porrectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

hæ copiæ in Germania contraheren- **Sæcul. XVI.**  
tur, eoquod Carolus IX. prohibuisset, **A.C. 1566.**  
ne hujusmodi delectus in Gallia habe-  
rentur. Præterea circa hoc idem tem-  
pus etiam ab Urbe Constantinopolitana  
allatæ perlectæ sunt in Antwerpiensi fœ-  
deratorum Senatu literæ Joannis Miche-  
lī, seu Muchi Judæi hominis præpotentis,  
ac Turcarum Imperatori Selimo II. fami-  
liarissimi, quibus ille Calvinianos Ant-  
verpienses hortabatur, animabatque,  
ut quoad eam, quam fortiter inierant,  
conspirationem adversus Catholicos  
exequendam festinarent, eoquod Tur-  
carum Imperator consilia haud negli-  
genda foveret erga Christianum nome, i.  
brevique Othomanicis armis adeo im-  
plicandus esset Philippus Hispaniæ Rex,  
ut de Belgis ne cogitaturus quidem  
foret.

§. CXXII.

*Hæreticorum libellus supplex per Hoch-  
ſtratum Gubernatrici porrectus.*

**H**oc nuntio Fœderati auctis animis **Strad. l. 5.**  
in Antverpiensi Senatu decreve-  
runt, ut nunc, cum certa jam adesset  
firmandæ factionis occasio, ab univer-  
ſa Societate, quanta posset, plurima  
pecunia conflaretur, ad subitaneos re-  
rum eventus: porro idipsum summa  
contentione cœptum est agi eo tempo-

005 re,

Sæcul. XVI. re, quo a Comite Hochstratano, qui  
A C 1566. præerat Antverpiæ pro Oranio, mis-  
sus est ad Margaritam libellus eidem  
Comiti ab ejus civitatis hæreticis tra-  
ditus, quo sibi, ceterisque per Bel-  
gium Sociis poscebant facultatem, se-  
ctas suas sine fraude cujusdam libere  
exercendi: propterea autem offerebant  
Regi tricies centena florenorum millia,  
quamvis multi crederent, tantam pe-  
cuniæ summam nonnisi specietenus eo  
fine fuisse oblatam, ut minore suspicione  
huc, atque illuc erogandæ pecuniæ  
caussa commeare, ac fallere possent  
interea Hispanum ea summa facile al-  
liciendum: præterea nonnullorum erat  
opinio, conjuratorum multos libentius  
ad impetrandam Religionis libertatem,  
quam bella gerenda pecunias solutu-  
ros, nisi forte ingens illa pecunia plane  
ad ostentandas partium vires oblata  
fuerit: ideo enim complura hujus  
libelli exemplaria per Belgium evulgata  
sunt, adscriptis nobilium, mercatorum  
que nominibus, qui se persolvendæ cer-  
tæ pecuniæ offerebant, ut hac ratione  
amplam factioni famam conciliarent,  
Gubernatricemque tantæ metu poten-  
tiæ deterrent: sed illa nihil inanis  
pecuniæ sonitum morata, ne responso  
quidem Hochstratanum dignata est, li-  
bellum vero ipsum Regi transmisit, ut  
pluri-

qui  
mif-  
dem  
tra-  
Bel-  
fe-  
ere  
ant  
llia,  
pe-  
eo  
one  
niæ  
ent  
al-  
erat  
ius  
em,  
tu-  
ane  
ata  
jus  
ata  
m-  
er-  
ne  
nt,  
en-  
nis  
no  
li-  
ut  
ri-  
pluribus ejusmodi irritationibus incita- Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.  
ret ejusdem moram, eumque eo in-  
duceret, quatenus haud amplius sup-  
petias mittere cunctaretur.

### §. CXXIII.

#### *Gubernatricis studium circa diffidia inter Fœderatos conflanda.*

Interea Gubernatrix eorum, quæ in *Strada l. 3.*

his congressibus agitata sunt, haud  
ignara opportune animadvertebat, quod  
ob rumorem de proximo Regis adven-  
tu in Belgium aliqui ex conjuratis ti-  
midius agerent, hinc in artificio con-  
fandum esse querendum existimabat, ut  
hac ratione hos sibi penitus devincire  
posset: itaque missis ad eos literis bene-  
volentiæ, ac fiduciæ plenis, promissa  
adjecit, quibus quosdam privatos ad sua  
studia sollicitare conabatur, atque ad  
aliquos etiam, quos sciebat Religioni  
haud infenos, Sygraphas dedit ex  
earum numero, quas illa apud se habe-  
bat Regis nomine subscriptas, ac nu-  
merandæ pecuniæ fide munitas, easque  
verbis composuit tempori accommodatis,  
eos adhortans ad propugnandam Re-  
ligionis caussam, populosque in pristi-  
na obedientia, modestiaque continen-  
dos: has vero ita singulis tradi curavit,  
ut alios, qui ejusmodi literas non ac-  
ceperunt, id non omnino lateret, sicque  
inter